

C. SALLVSTI CRISPI

CATILINA · IVGVRTHA HISTORIARVM FRAGMENTA SELECTA APPENDIX SALLVSTIANA

RECOGNOVIT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

L. D. REYNOLDS
COLLEGII AENEI NASI APVD
OXONIENSES SOCIVS

OXONII . . .
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MCMXCI

SIGLA

X — consensus codicum PABC

a — consensus codicum PA

P — Parisinus lat. 16024

s. ix

A — Parisinus lat. 16025

s. ix

β — consensus codicum BC

B — Basileensis AN IV 11

s. xi

C — Parisinus lat. 6085

s. xi

Y — consensus codicum NKHDF

δ — consensus codicum NK

N — Vaticanus Pal. lat. 889

s. x

K — Vaticanus Pal. lat. 887

s. xi

γ — consensus codicum HDF

H — Berolinensis Phillipssianus 1902

s. xi

ε — consensus codicum DF

D — Parisinus lat. 10195

s. x

F — Hauniensis Fabricianus 25 2°

s. xi

Paucis locis citauit Parisinum lat. 5748 (s. x — Q, e β deriuatum) et Leidensem Voss. Lat. O. 73 (s. xi/xii — I, ex a deriuatum), sicuti aliquid boni adferre uidentur uel lectiones aliorum codicum confirmare.

ω — codicum horum omnium consensus

In his libris uel omnino deficiunt uel posterius addita sunt Jug. 103, 2 quinque delegit . . . 112, 3 et ratam. In qua particula recensenda e codicibus siue suppletis siue integris adhibentur:

s — Lipsiensis Rep. 1, 2° 4

s. xi

C — Parisinus lat. 6085

s. xi

b — Albae-Julienensis Battyanianus III. 79

s. xi

SIGLA

n — Parisinus lat. 6086	S. XI
r — Remensis 1329	S. XI
F — Hauniensis Fabricianus 25 2°	S. XI
R — Vaticanus lat. 3325	S. XII
H — Berolinensis Phillipssianus 1902	S. XI
Q — Parisinus lat. 5748	S. X
D — Parisinus lat. 10195	S. X
θ — consensus codicum sCbnr	
η — consensus codicum HQD	

ω — omnium horum codicum consensus

Suo quiske loco adhibentur testes antiquiores:

P ₁ — P. Ant. 154	S. IV/V
P ₂ — Berolinensis lat. 4° 914	S. IV
P ₃ — PSI 110	S. V
P ₄ — Bodleianus Lat. class. e. 20(P)	S. V

In orationibus et epistulis accedit

V — Vaticanus lat. 3864	S. IX
-------------------------	-------

Ω — omnium codicum consensus

ς — lectiones in uno vel pluribus codicibus recentioribus
inventae

P¹ A¹ etc. — P A etc. nondum correcti

P² A² etc. — P A etc. a secunda manu correcti

3 posse. Quod si regum atque imperatorum animi uirtus in
pace ita ut in bello ualeret, aequabilius atque constantius
sese res humanae haberent, neque aliud alio ferri neque
mutari ac misceri omnia cerneret. Nam imperium facile iis
artibus retinetur quibus initio partum est; uerum ubi pro
labore desidia, pro continentia et aequitate lubido atque
superbia inuasere, fortuna simul cum moribus inmutatur.
Ita imperium semper ad optumum quemque a minus bono
transfertur.

7 Quae homines arant nauigant aedificant, uirtuti omnia 10
parent. Sed multi mortales, dediti uentri atque somno,
indoci inculque uitam sicuti peregrinantes transiere;
quibus profecto contra naturam corpus uoluptati, anima
oneri fuit. Eorum ego uitam mortemque iuxta aestumo,
9 quoniam de utraque siletur. Verum enim uero is demum 15
mihi uiuere atque frui anima uidetur qui aliquo negotio
intensus praecipiti facinoris aut artis bonae famam quaerit.

Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit.
3 Pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere
haud absurdum est; uel pace uel bello clarum sieri licet; et
qui fecere et qui facta aliorum scripsere multi laudantur.
2 Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequitur
scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduom
uidetur res gestas scribere; primum quod facta dictis
exaequanda sunt, dehinc quia plerique quae delicta repre-
henderis malevolentia et inuidia dicta putant, ubi de
magna uirtute atque gloria bonorum memores, quae sibi

² aequalius P¹C¹; aequalibus A¹ 6 aequalitate γ
10 homines N¹c. omnes ω 12 transire N¹k. Non. 419. 24. Ptu. III
433. 32: transire A¹: transigere N¹. Don. Ter. Ph. 605 (sed transferunt Dan
cod. O), Seru. auct. G. I. 3. cf. Tac. Ger. 15. 1: transigere PA¹βγ
14 ergo HDF¹ 22 sequatur A¹βP¹ 23 auctorem P¹H. Gell. 4
15. 2 cod. VP. Char. I. 215. 28: auctorem AB¹C¹δε, Gell. cod. R (cf. I. 1. 4. II 2
43) 24 factis dicta A¹C¹ 25 exaequanda PA¹βN¹. Hier. Vit. Hil. I. 1.
Greg. Tur. Hist. Franc. 4. 13, p. 151. 5. cf. Liu. 6. 20. 8. Plin. Ep. 8. 4. 3: ex-
quenda A¹C¹KH, cod. Gell. 4. 15. 2 dehinc] dein Gell. (cf. I. 5. 1. 19. 6)

quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea
ueluti ficta pro falsis dicit.

Sed ego adulescentulus initio, sicuti plerique, studio ad 3
rem publicam latus sum, ibique mihi multa aduorsa fuere.
5 Nam pro pudore, pro abstinentia, pro uirtute audacia
largitio auaritia uigebant. Quae tametsi animus asperna- 4
batur insolens malarum artium, tamen inter tanta uitia
inbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur; ac me, quom 5
ab reliquo malis moribus dissentirem, nihil minus
10 honoris cupido eadem qua ceteros fama atque inuidia
uexabat. Igitur ubi animus ex multis miseriis atque 4
periculis requieuit et mihi reliquam aetatem a re publica
procul habendam decreui, non fuit consilium socordia
15 atque desidia bonum otium conterere, neque uero agrum
colundo aut uenando, seruilibus officiis intentum aetatem
agere; sed a quo incepto studioque me ambitio mala 2
detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi
Romani carptim, ut quaeque memoria digna uidebantur,
perscribere, eo magis quod mihi a spe metu partibus rei
20 publicae animus liber erat.

Igitur de Catilinae coniuratione quam uerissime potero 3
paucis absoluam; nam id facinus in primis ego memora- 4
bile existimo sceleris atque periculi nouitatem. De quoius 5
hominis moribus pauca prius explananda sunt quam
25 initium narrandi faciam.

1.. Catilina, nobili genere natus, fuit magna ui et animi 5
et corporis, sed ingenio malo prauoque. Huic ab adu- 2
lescentia bella intestina caedes rapinae discordia civilis
grata fuere, ibique iuuentutem suam exercuit. Corpus 3
30 patiens inediae algoris uigiliae supra quam quoiquam
credibile est. Animus audax subdolus uarius, quoius rei 4
lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens sui

10 qua γ; quae ω 30 cuiquam ερα. A. om. C: cuique N
31-2 culus rei libet αΝ, Non. 439. 25 (cf. E. 2. 1. 4): cuius libet rei A¹βKγ

profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae,
 sapientiae parum. Vastus animus inmoderata incredibilia
 nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem L.
 Sullae lubido maxima inuaserat rei publicae capiundae,
 neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum
 pararet, quicquam pensi habebat. Agitabatur magis
 magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et
 conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat
 quas supra memorauit. Incitabant praeterea corrupti ciui-
 tatis mores, quos pessuma ac diuorsa inter se mala, luxuria
 atque avaritia, uexabant.

Res ipsa hortari uidetur, quoniam de moribus ciuitatis
 tempus admonuit, supra repetere ac paucis instituta
 maiorum domi militiaeque, quo modo rem publicam
 habuerint quantumque reliquerint, ut paulatim immutata
 ex pulcherrima (atque optima) pessuma ac flagitiosis-
 sum facta sit, disserere.

Vrbem Romanam, sicuti ego accepi, condidere atque
 habuere initio Troiani qui Aenea duce profugi sedibus
 incertis vagabantur, cumque iis Aborigines, genus homi-
 num agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque
 solutum. Hi postquam in una moenia conuenere, dispari
 genere, dissimili lingua, aliis alio more uiuentes, incredi-
 bile memoratu est quam facile coaluerint; ita breui multi-
 tudo diuorsa atque uaga concordia ciuitas facta erat. Sed
 postquam res eorum ciuibus moribus agris aucta satis
 prospera satisque pollens videbatur, sicuti pleraque
 mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur
 reges populi que finitimi bello temptare, pauci ex amicis
 auxilio esse; nam ceteri metu perculsi a periculis aberant.

¹ loquentiae Val. Prob. ap. Cell. 1. 15. 18 ¹⁵ et ut β imminentia
 K²: mutata Aug. Civ. 2. 18 ¹⁶ atque optima suppl. Aug. 5 (cf. 10. 6)
 em. w ¹⁸ sicut. $\delta\mu$ ²⁰ cumque] et cum Seru. A. 7. 678
²¹ agrestium . ²³ alias Π_4 , codd. plerique: alii B^N
²⁴⁻⁵ ita breui . . . facta erat Π_4 , Aug. Ep. 138. 10, 5, sed facta est Π_4 , et aliquot
 s: em. w

semper illis reges tetrarchae uectigales esse, populi
nationes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui boni,
nobiles atque ignobiles, uolgus suimus sine gratia, sine
auctoritate, iis obnoxii quibus, si res publica ualeret,
formidini essemus. Itaque omnis gratia potentia honos
diuitiae apud illos sunt aut ubi illi uolunt: nobis reliquere
pericula repulsas iudicia egestatem.

'Quae quo usque tandem patiemini, o fortissimi viri?
Nonne emori per uirtutem praestat quam uitam miseram
atque in honestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris,
per dedecus amittere? Verum enim uero, pro deum atque
hominum fidem, uictoria in manu nobis est: uiget aetas,
animus ualet; contra illis annis atque diuitiis omnia con-
senserunt. Tantummodo incepto opus est, cetera res
expediet. Etenim quis mortalium quo uirile ingenium est
tolerare potest illis diuitias superare quas profundant in
extruendo mari et montibus coaequandis, nobis rem
familiarem etiam ad necessaria deesse? Illos binas aut
amplius domos continuare, nobis larem familiarem nus-
quam ullum esse? Quom tabulas signa toremata emunt,
noua diruunt, alia aedificant, postremo omnibus modis
pecuniam trahunt uexant, tamen summa lubidine diuitias
suas uincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris ac
alienum, mala res, spes multo asperior: denique quid
relicui habemus praeter miseram animam?

'Quin igitur expurgiscimini? En illa, illa quam saepe
optastis libertas, praeterea diuitiae decus gloria in oculis
sita sunt: fortuna omnia ea uictoribus praemia posuit. Res
tempus, pericula egestas, belli spolia magnifica magis quam
oratio mea uos hortantur. Vel imperatore uel milite me-

²⁻³ boni atque strenui nobiles et ignobiles ¹ ⁶ relinquente
PB¹C ⁶⁻⁷ pericula reliquere ^ε ⁸ om. A¹N: o fortissimi
om. P¹ ¹² nobis a Ne, Prisc. iii. 364. 7 (ubi nobis in manu), uobis
VP²A²BKH ²² summa tamen ^ε ²⁶ en om FA¹ illa semel
B¹K²HDF¹ ³⁰ hortantur VP²: -entur ^ω

utimini: neque animus neque corpus a uobis aberit. Haec 17
ipsa, ut spero, uobiscum una consul agam, nisi forte me ani-
mus fallit et uos seruire magis quam imperare parati estis.'

Postquam accepere ea homines quibus mala abunde 21
omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi
illis quieta mouere magna merces uidebatur, tamen postu-
lauere plerique ut proponeret quae condicio belli foret,
quae praemia armis peterent, quid ubique opis aut spei
haberent. Tum Catilina polliceri tabulas nouas, proscrip- 2
tionem locupletium, magistratus sacerdotia rapinas, alia
omnia quae bellum atque lubido uictorum fert. Praeterea 3
esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauretania cum
exercitu P. Sittium Nucerinum, consili sui participes;
petere consulatum C. Antonium, quem sibi conlegam fore
speraret, hominem et familiarem et omnibus necessi-
tudinibus circumuentum; cum eo se consulem initium
agundi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnis 4
bonos, suorum unum quemque nominans laudare;
admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, com-
pluris periculi aut ignominiae, multos uictoriae Sullanae,
quibus ea praedae fuerat. Postquam omnium animos 5
alacris uidet, cohortatus ut petitionem suam curae habe-
rent, conuentum dimisit.

Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam, oratione 22
habita, quom ad ius iurandum popularis sceleris sui
adigeret, humani corporis sanguinem uino permixtum in
pateris circumtulisse; inde quom post execrationem 2
omnes degustauissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri
consuevit, aperuisse consilium suom [atque eo dictitare
fecisse] quo inter se fidi magis forent, alias alii tanti

¹ utimini XNHF¹: utimini VP²K^ε ¹¹ uictorum libido AC
¹³ sittium PB: sittium A²CNH: sictum K: sictum ε: satium A¹ ¹⁶ se om.
PB¹, exp. D consule N¹K²ε ²⁶ adigeret Euphr. Ter. Ph. 35: adiceret
ω ²⁹⁻³⁰ atque eo dictitare (dictum est in ras. N, dictare K¹) fecisse
ω: atque eo fecisse Selling: atque eo se fecisse Summers: idque eo dicitur
fecisse Bergk: idque eo fecisse Würz: del. Ritschl ³⁰ magis fidi BKy

3 facinoris consci. Nonnulli ficta et haec et multa praeterea existabant ab iis qui Ciceronis inuidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum qui poenas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parum con-

23 Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem 2 censores senatu probri gratia mouerant. Huic homini non minor uanitas inerat quam audacia: neque reticere quae audierat neque suamet ipse scelera occultare, prorsus 10 3 neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri uetus consuetudo; quo cum minus gratus esset quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montisque polliceri coepit et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret, postremo 15 4 ferocius agitare quam solitus erat. At Fulvia insolentiae Curi causa cognita tale periculum rei publicae haud occultum habuit, sed sublato auctore de Catilinae coniuratione quae quoque modo audierat compluribus narravit.

5 Ea res in primis studia hominum ascendit ad consu- 20 6 latum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas inuidia aestuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si cum quamvis egregius homo nouos adeptus foret; sed ubi periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere.

24 Igitur comitis habitis consules declarantur M. Tullius et C. Antonius; quod factum primo popularis coniuratio- 25 2 nis concusserat. Neque tamen Catilinae furor minuebatur.

² aestimabant ^e 7 atque om. H¹D¹ 8 mouerant A¹C¹
amov- (amau- P) rell. 10 sua et A²B²C¹N² ipsa Ky
15 interdum) etiam Gell. 6. 17. 7 ni sibi PBC²K, Gell.: nisi AC¹NHD
ni F 16 insolentiae N²: -tia ω 19 quoque modo
AC¹D²F¹; quomodo Pe: et quomodo BC²; ras. in H 22 inuidia
PB²Y: -iam A² aestuabat B²Y; aestimabat X

sed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuam Faesulas ad Manlium quendam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. Ea tempestate plurimos quoiusqu-

mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis sumptus stupro corporis tolerauerant, post, ubi aetas tantummodo quaestui neque luxuria modum fecerat, aes alienum grande conflauerant. Per eas se Catilina credebat posse 4 10 seruitia urbana sollicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere sibi uel interficere.

Sed in iis erat Sempronia, quae multa saepe uirilis 25 audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque 2 forma, praeterea uiro liberis satis fortunata fuit; litteris 15 Graecis [et] Latinis docta, psallere [et] saltare elegantius quam necesse est probae, multa alia quae instrumenta luxuria sunt. Sed ei cariora semper omnia quam decus 3 atque pudicitia fuit; pecuniae an famae minus parceret haud facile discerneret; lubido sic adcensa ut saepius 20 peteret uiros quam peteretur. Sed ea saepe antehac fidem 4 prodiderat, creditum abiurauerat, caedis conscientia fuerat: luxuria atque inopia praeceps abierat. Verum ingenium 5 eius haud absurdum: posse uersus facere, iocum mouere, sermone uti uel modesto uel molli uel procaci; prorsus 25 multae facetiae multusque lepos inerat.

His rebus comparatis Catilina nihilo minus in proxu- 26
mum annum consulatum petebat, sperans, si designatus

2 suam 8 6 primum Arus. vii. 513. 1 14 uiro A¹, Fro. 100.
23. Arus. vii. 473. 28, Euphr. Ter. An. 97: uiro atque rell. codd. Prisc. iii. 286.
6 15 graecis Fro. cod. A¹: graecis et XN, Fra. A², Arus. vii. 464. 18:
graecis atque Ky psallere Fro., Macr. Sat. 3. 14. 5: psallere et ω, Eutych.
v. 477. 30 saltare P²B¹, marg. A²C² 'teste Seruo'; Y, Fro., Macr., Seru. A. 4
62, G. 1. 350, Eutych.: cantare XH² 16 est ω, Seru., Macr.: erat
Eutych.: om. Fro. 18 fuere KH²D² 19 libido a Y, Fra. 101. 4.
Ti. Cl. Don. A. 6. 525: -ine A¹βK²H²D²F² 25 post facetiae add.
sales e -que om. P